

ARTICVLVS XIX.

De Lavarono Bellonii.

Piscis, quem Romanum vulgus Lavaronum vel Lavonum, seu a boatu quae Lavarono, quod non videtur, cum marinus sit, seu aliunde, Massilienses Cabaffonum, Genuenses a capitis magnitudine Capaffonum, vocant, ita a Bellonio describitur. Grandiore sunt capite, quam Atherinae, magis recurto ac compressiore ad ventrem corpore, et paulo latiore transparent, ut Atherinae, maximamque habent cum iis affinitatem. Squammis multis integuntur, quae detectae argenteum colorem prae se ferre videntur. Duas in tergore ge-

runt pinnulas, utrimque ad latera unam. *Dentibus* carent, ut Harengus: *Cor* exiguum, oblongum, triquetrum, habent: *hepar* pallidum, cui stomachus subest, pisciculis et Cardibus parvis nonnunquam refertus. *Intestina* ad anum tribus revolutionibus reflectuntur. *Fel* ob eius exiguitatem conspicuum non habent: *spinas* quoque ferunt nullas. Carnem albissimam et levissimam. Calculos duos in capite gerunt, Sesamino minores: squamas paulo quam Atherina latiores et numerosiores. Magnam cum fluviali Lavareto affinitatem habet.

ARTICVLVS XX.

De Sarda seu Sardina.

TAB. XX.

1. 2. 5.

Galen. Facult. Alim. l. 3. c. penult.

Plin. H. N.

l. 32. c. 11.

Sardae nomen, si bene ex Galeno colligo, omnibus pisciculis, qui ad salendum apti sunt, competere videtur; idque inde fortitas apud veteres credo, quod ex Sardinia in alias regiones, eveherentur. A Sardinis et Sardellis magnitudine duntaxat et aetate differunt. Cum nondum adolevere, Sardiniae et Sardellae dicuntur, adultae Sardarum nomen capiunt.

feu Alosis, competunt, ut mendum subesse, et male Gazam vertisse sit evidentissimum. *Chalcidas* quoque marinas Sardinias nuncupari, vel ex Callimacho colligitur, hasque Columella intelligit, dum dicit: *Piscibus in piscinis praebere oportet, tabentes Haleculas, et salibus exesam Chalcidem putremque Sardinam.*

Unde Apicius Sardam farciri solere dicit, Sardenam ob parvitatem non posse. Fateor tamen, et Pelamydi longae apud Plinium Sardae vocabulum impositum inveniri. Qui *Trichias* et *Trichides*, quas Dorion apud Athenaeum non distinguit, Aristoteli dictas, cum nullibi tam vulgaris pisciculi tam diligens naturae explorator meminerit, credunt easque ἀπὸ τῶν τριχῶν, quasi a capillis, seu parvis illis et capillaribus quibus abundant spinulis, a quibus etiam *δελισσῶς* dicunt, quas recentiores Alosas nominant, deducunt, vix falluntur; nisi forte hoc obstet, quod idem ex Membradibus Trichides, ex his *Trichias* nasci dixerit. Nam quod * alibi τριχίαις, (Sardas Gaza vocat) quaedam adscribit, quae Sardis nulla ratione competunt, ea *δελισσῶς*,

Invenio et a Dorione χαλκιδικῆν dici. *Eritimum* vocari, vix ex Epeneti apud Athenaeum loco χαλκιδῆος τὰς (legendum αὐς) καλῆσι καὶ σαρδίνεσι ἐριτίμῃσι, ἰέρανα, inquit, colligi potest. Bellonius etiam cum Chalcidibus easdem ponit; sed dum fluviatiles a Celerinis sola magnitudine differre, specie convenire putat, argumento sumpto, quod Galli, qui ad Oceanum siti sunt, nullum piscem Sardiniae nomine agnoscant, praeter eum, qui aliunde sale asservatus, ad eos perfertur; Celerinus vero in Gallia tam sit popularis, quam in mari mediterraneo ipsa Sardinia, ex Aldrovandi opinione fallitur. Sunt enim Gallorum Celerini (verba sunt Aldrovandi) ab Allobrogum Celerinis diverfi, illi marini sunt, et nostro et Rondeletii etiam iudicio marinis Membradibus in Aquarum genere non Chalcidibus sive Sardinis iidem;

Arist. H. N.

l. 6. c. 15.

* Aristot. H.

A. l. 8. c. 13.